¶Vt diu⁹ teſtat̄ Aug. Amici Iob oēs diuia ſnīa reprobati ſunt, ſctō āt Iob ſinglare q̄dāmodo teſtimoniū diuinitus phibet̄, q̄ nō peccauerit labiis an̄ dn̄m. Et ergo in hoc libro ubi mltæ pſonæ locutæ ſunt, nō ſolū qd dicat̄, ſed a q̄ etiā dicat̄ cōſiderandū eſt. Proinde ſup uerbo Elephę, allato operoſe nūc digladiari ſuperfluum duximus.

THEOLO
Nō oīa uerba libri Iob ſunt autentica.
Ad Oroſiū. cap. ix.
Iob. primo.
Iob. quinto.

Lonicerus poſt aliqua interpoſita. Cap. XII

LONICE.

QVod aūt cauſaris in hūc modū, Abrahā orauit uiuus, ergo & mortuus, alioq eēt minoris pfectōnis & eā ob rē ſcti ſunt inuocandi, Nego enthimema

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tis tui cõſeq̃ues. Audi rationẽ. Quicqd nõ eſt uel exẽplo uel præcepto in ſcriptura fundatũ, nõ eſt tutum aſſerere. Sanctos defunctos inuocãdos ſcriptura nõ exprimit. At ſolũ deũ & Chr̃m eius nobis ꝓponit. Nõ curo ratiũculã tuã, atq; Machabeorum apochreſam.

THEOLO ¶ Hoc in loco ita gannis, ut nec pes nec caput usq̃ ap-

Sancti orant pro nobis. pareat. Nã ſic ſcriptũ eſt. Nũc, hoc eſt in hac uita, manẽt

I. Corin. xiij. fides, ſpes &c̃. ſed tñ euacuabunt in patria. Nam q̃d uidet

Roma. viij. qs, qd ſperat? De charitate uero ſcribit, ꝙ nunq̃ excidet,

I. Corin. xiij. ſiquidẽ in hac uita manẽs, in patria augebit. Hæc ſane in uia ſanctos ad ſalutis proximorũ feruens deſideriũ inclinabat, ſola fide tenẽtes, proximũ ob deũ amore eẽ proſequẽdũ. Cũ ergo contẽplent, q̃ placeat, q̃ grata ſit dilectio deo

Iohan. iij. Roma, v. proximi, q(aplo teſte) quũ inimici eſſem⁹, uſq; adeo dilexit nos, ut filiũ ſuũ unigenitum daret pro nobis, Quid dicis? Nũ ſancti illi⁹ amoris q̃ erga proximũ in hac uita cõſtituti flagrabãt, in pr̃ia penit⁹ immemores cẽſendi ſunt, qñ pl⁹ nos diligũt in cęlo q̃ in terra diligebãt? Pręterea cũ ſancti

Roma, viij. uideãt in cœlis Chr̃m, iugiter ꝓ nob interpellantẽ ſcd̃m ſuã humanitatẽ, nõne & ipſi eius exẽplo inuitati, redemptorẽ ſuũ imitabũt? An iccirco min⁹ erũt fœlices, aut ſtatui fœlicitatis eoꝝ aliq̃ mõ officiat, ſi ꝓ cõfratrib⁹ ſuis orauerint? quũ tñ ipſe Chr̃s, qui fœliciſſimã uitã agit, cõtinue pro nobis patrẽ interpellet. Præterea ſaluator nr̃ ex ſpecia

Marci. xij. Lucæ. xx. Lucæ. xv. li cauſa occaſionẽ ſumẽs de ſtatu ac gloria beatoꝝ, generalẽ doctrinam ac notitiã tradere uoluit qñ non mõ dixerit, Erũt ſicut angeli in cœlis, uerũ ait. Aequales angelis ſunt & filij dei ſunt. De angelis aũt teſtimoniũ ꝑhibẽs, inquit, Dico uobis, q̃ñ gaudiũ erit ſup uno pctõre pœnitentiam agente. Et iterũ. Dico aũt uobis, ꝙ ita gaudiũ erit in cœlo ſup uno pctõre. Nõne uides quãtũ erga nos amorẽ cœleſtis illa ac btã ſocietas p̃ ſe ferat? quantã noſtrã ſitiant ſalutẽ? q̃ bñ ex aĩo nobis uelint? Porro, ſi gaudeant ꝙ pctõr

Matthæi. xi. iã reſipiſcat, & delictorũ ſarcina abiecta, ad Chr̃i leue iugũ ſeſe cõuerterit, ꝓcul dubio eã cõuerſionẽ, anteq̃ facta erat

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

uehemēter uidere geſtiebāt, ꝙ ſi hoc dederis, ipſa te cōpel
lit neccĕitas fateri, ꝙ orauerit ad pc̄toris cōuerſionē. Quid
em̄ aliud eſt orō q̄ mente fit, q̄ deſideriū deo oblatū ut ipſe
largiať donū cupitū? Quid nunc habes q̄d ad hæc reſpon
deas? Oſtendimus em̄ ex ſcripturis ſanctos in cœlo, ean‐
dē charitatē retinuiſſe, quam dū uiuerent in terra, habue‐
runt. Dicis aūt (& recte quidē) ſanctos homines qui e uita
nondū emigrarunt, ex diuina ordinatione orare pro pec‐
catoribus. Tuū ergo fuerit, e ſcripturis aperire, ſanctos, q
mortē obierunt, ac cœleſtis præmij iā participes, dei maie
ſtatē cōtemplanť ad orandū non eſſe idoneos, quod reue‐
ra nunq̄ efficies. Nā ab omni impedimento cū intercipi‐
ente, tū retardante, iā liberati, quocūq; tendūt (id quod ad
orationis ualorē maxime attinet) toto ſpiritu pſeueranter
ferūtur, quod profecto lōge eis deerat in hac uita, qn̄ cor‐
pus q̄d corrumpiť grauabat animā. Si uero cœlites ſancti
tuo iudicio ad orādū nō ſint idonei, Iterū reſtabit oñdere,
deum eos nolle exaudire ſi orauerint. Et quidem id ſi de‐
deris, quo igiť modo in cœlis uerificabiť illud prophetæ,
Nimis honorati ſunt amici tui de⁹, ſi ſanctos quos audiuit
orantes in terris, exaudire rennuat interpellantes in cœlis
Et quia hoc abſurdum eſt, reliquum tibi oſtendere erit, ꝙ
nō deceat eoꝝ beatā uitā, ut ſaluatorē ſuū emulenť, aut eo
rū charitas nobis in aliq̄d interpellationis obſequiū ꝓdeat
Et cū horū nihil (etiā ſi te rūperes) probare poſſis, mitte tā
dē nugas, atq; ad te redi. Cogita q̄d dicas, noli tā audacter
dānare, q̄d reprobare nequis. Ratiunculā nō curas, cuius
certe nodū neq; pſpicere neq; diſſoluere uales. At uero li‐
cet hæc cādide lector q̄ iā audiſti, ſint grauiſſima & a fidei
pietate nimis aliena, audies tn̄ grauiora, Machabeorū li‐
bros hic bellus hō contēnit. Vide q̄ſo, q̄ placet homo ſi‐ Libri Macha‐
bi. Sed quis hunc cōſtituit ſcripturarū cenſorē? An huic beorum ſunt
in manu eſt reijcere libros, quos mater nr̄a ſuſcepit eccl'ia? autentici.
At ſcio quā rem agit, Nā idip̄m & Lutherus nō ſemel fa‐
cit, nēpe ut dorſum ſuum a ſcripturarum oneribꝰ diuertat

Diuus aũt Hiero. in. ij. prologo librorum Machabeorum dicit hos libros inter diuinorum luminũ annotari hiſtorias, licet in canone Hebræorum nõ habeant. Itẽ diu' Aug. libro xviij. de ciuitate dei, lib. quoque. ij. cõtra epľam Gaudẽtij affirmat hos libros ab ecclia acceptatos, utit quoque eiuſdẽ ſcripturæ teſtimonijs in libro de cura pro mortuis agẽda, & ſermone, xliiij. ad fratres in eremo. Proinde iã ſpectare licet, quam inique in ſolutione qnti argumẽti uenerando theologo inſultaueris.

Ca.xxx. Ca.xxiij. Ca.primo.

LONICE. cõtinuo ad pcedentia. ¶Cur nõ cũ fiducia accedim' illũ q nos hortat & inuitat, ut ſeſe cõueniam' &c. nõ rẽnuit petitionẽ tuã, q dixit, Petite & dabit uobis. Et iterum. Quicquid petieritis in nomine meo dabit uobis.

THEOLO ¶Idẽ repetis, & alijs atque alijs uerbis inſcitiã tuã magis prodis. Ecclia nãque ſic ſctõs implorat, ut deũ & Chrm ei' nobis facilẽ reddãt, ĩſup ecclia pculas (quas collectas uocas) ad ſctõs dirigẽs, ſp Chrm tanquam toti' ſalutis caput, & autorẽ cognoſcit, quod & apľs nos docet facere qñ dt. Per ipm ſp offeram' hoſtiã laudis. i. fructũ labiorum cõfitentiũ nomini eius. Et tu miſer tibi pſuades, nos deum excludere, ut nec Chrm eius cõueniamus, qñ ſanctos accedimus.

Hebræ. xiij.

LONICE. continuo ad prædicta. ¶Nõ eſt quod cauſemur, Sancti ſunt iã ſalui, euaſerũt huius picula mũdi, ſunt iã ſine pctõ immaculati, nos in medio mari adhuc fluctuamus omnigenis polluti uitijs, ideo pias eorum pces lubẽtius audiet &c. ſctõs euaſiſſe mũdi malignitates nemini nõ cõpertũ eſt, eos oĩno ſaluos, nõ eſt certũ, cũ nondũ ſint ſuſcitati, necdũ receperit quiſque ſecundũ opus fidele mercedem.

THEOLO ¶Si de ſctis q adhuc in purgatorio forte detinẽt ſermo tibi eſt, facile tuæ ſnĩæ accedim'. Si uero ſctõs oĩno a culpa alienos, & iã purgatos, dicis nõ oĩni ex pte ſaluos & beatos, eo potiſſimũ noĩe, quod ob corpis abſentiã, nondũ ſcdm fidele opus (ut tuis uerbis utamur) receperũt mercedẽ, eadẽ rõne dixeris, dãnatos in inferno, nõ oĩno pditos, cũ & ipſi in ſuo corpe, infidelis opis nõdũ acceperũt mercedẽ.

Sin aūt Lutheranorū more, aliā moliaris excitare hęreſim Sancti āge-
ut mētiatis aīas beatorꝶ añ generalē reſurrectionē, nō intu neralē reſurre-
eri faciē dei, addas ergo his etiā, nec angelos diuinā maie- xionē uident
ſtatē intueri, & q̄ magis hāc hæreſim cōfirmes, uide quod deum.
ſcriptū legimus. In quē angeli deſiderant proſpicere. De- I. Petri. I.
ſideriū uero rei nōdū habitæ eſt. Sed ut te hac inſania libe
remus, recolere debes, a morte angelis nō inferiores, ſed
æquales (teſte ipſo ſaluatore) nos futuros. De angelis aūt
ſic ipſa ueritas loquit. Dico aūt uobis qm̄ angeli eorꝶ ī cœ Matth. xviij.
lis ſp uident faciē pr̄is mei, q in cœlis eſt. Q̄uo igit angelis
in cœlis uultū dei uidentibus, diua uirgo, q̄uo ſancti toti⁹
eccl'ię, principes ap̄li, primicias ſpūs hn̄tes, uſq; ad finē mū Roma. viij.
di beata illa ac iucūda uiſione priuabunt? Præterea nimis
deſipuit apl'us, q tanto deſiderio flagrabat ut diceret, Cu- Philip. I.
pio diſſolui & eē cū Chr̄o, ſi beatā dei uiſionē ad finē uſq;
mūdi putauerit differendā. Ampli⁹ ad Corin. ſcribit. Au
demus aūt & bonā uoluntatē habemus peregrinari a cor ij. Corin. v.
pore, & p̄ſentes eē ad dn̄m. Et ideo cōtendim⁹, ſiue abſen
tes ſiue præſentes, placere illi. Q̄uo aūt auderet apl'us, q̄uo
uolūtatē nr̄am bonā eſſe affirmaret, q̄ deſideramus p̄ſen-
tes eē dn̄o, niſi tale deſideriū, diuinæ ordinationi cōſenta-
neū eē cognoſceret. Et q̄uo quæſo apud Iohannē diceret
Chr̄s. Qui uerbū meū audit &c̄. in iudicium nō uenit, ſed Iohan. v.
tranſiet a morte in uitā? His accedit q̄d alias dicit. Nō em̄
tm̄ dicit. Vbi ego ſum, illic & miniſter meus erit, ſed etiā Iohan. xij.
dicit. Vbi ego ſum, illic & uos ſitis. Pater q̄s dediſti mihi, Iohan. xiiij.
uolo ut ubi ſum ego, & illi ſint mecū, ut uideant claritatē Iohan. xvij.
meā quā dediſti mihi, q̄ dilexiſti me añ mūdi cōſtitutionē
Si ergo ſancti uideant claritatē Chr̄i, utiq; ſunt beati in ui
ta æterna. Hæc etem̄ Chr̄o teſtante eſt uita æterna, ut co- Ibidem.
gnoſcant te ſolū deū uerū, & quē miſiſti Ieſum Chr̄m &c̄.
& nūc clarifica me &c̄. claritate quā habui priusq̄ mūdus
fieret apud te. Huius gn̄is eſt, q̄d de diuite epulone ſcribit Lucæ. xvi.
q mox defunctus, in inferno ſepultus eſt, Huic etiā alludit
illud q̄d dn̄s cruci affixus dixiſſe latroni legit, Amen dico

Lucæ.xiii. Lucæ.xvi.

tibi, hodie mecũ eris in paradiſo. De Lazaro q̃q; ſcribit, ꝙ
fuerit recept⁹ in ſinu Abrahæ. Atq; plurima e ſcripturis
loca cõmemorare poſſem, ſi ſuppeteret otiũ. Quare ſi cœ
leſtis gl̃iæ nemo ꝑticeps erit an̄ extremũ iudicij diẽ, ſed oĩ-
bus ſubtrahit. q̃d igit frugis & q̃d gl̃iæ tandẽ attulit Laza
ro, alijſq; ſc̄tis patriarchis & prophetis iucũda ac optata il-
la Chr̄i reſurrectio, atq; ad tartara deſcẽſus? Rurſus quid
ſanctis patriarchis (ſi nõ eos ſecũ introduxiſſet) Chriſti in

Ephe.iiij.

cœlũ profuiſſet aſcẽſio, de q̃ inq̃t apl̃s, Aſcẽdens Chr̃s in
altũ, captiuã duxit captiuitatẽ. Tota igit uia erras nuga-
tor euãgelice, monſtraq; producis.

¶Lonice. paulo poſt præcedentia. Cap. XIII.

LONICE.

CHriſt⁹ cũ pr̃e ſuo, anteq̃ orem⁹ intuet corda nr̃a, nõ
habet opus alijs q̃ ꝓces nr̃as ad eũ deferãt, ꝑinde ut ẽ
in hũano principũ & ſummatiũ aulico regimine &
adminiſtratiõe, ſinam⁹ ſc̄tõs ſua quiete perfrui &c̃.

THEOLO

¶Non cernis ꝑ inſania q̃ te furor exagitat miſer. Quis
em̃ adeo inſcitiã ſuã unq̃ ꝓdidit in ſacris ſcripturis, atq; tu
hoc in loco facis. Nõ em̃ nos fugit, ꝙ deus intuitus fuerat

Tobiæ.xij. Q̃uo angeli offerunt deo orationes. Retorſio argumenti in authorem.

cor ipſius Tobiæ, ad quẽ tñ angelũ dixiſſe cõſtat. Qñ ora-
bas cũ lachrymis &c̃. ego obtuli or̃onẽ tuã dño. Dicunt
aũt angeli uota nr̃a offerre deo, nõ q̃a eũ doceant, ſed quia
eius uoluntatẽ ſup eis cõſulũt. Ad oĩa quidẽ ſciẽda, diu⁹ in
quit Aug. ſufficit deo ſua ꝑfectio, habet tñ nũcios, id eſt,
angelos, nõ q̃ ei q̃ neſcit annũciẽt &c̃. ſed bonũ eoꝝ eſt de
opibus ſuis, eius cõſulere uolũtatẽ, cũ cæteris eius ſentẽtijs
uide eũ in libro de orãdo deũ, & lib. de gr̃a noui teſtamẽti,
ubi materiã diligẽter expẽdit, uerꝫ ut ad inſtitutũ reuerta-
mur, nonne cõſiderabis te proprio nũc mucrone cõficiẽ-
dũ? Deus pr̃ anteq̃ oram⁹ intuet corda nr̃a, nõ alijs opus
habet, q̃ ad eũ ꝓces deferant, q̃d ergo opus eſt, aut q̃d pro-
deſt Chr̃m apd̃ deũ patrẽ ĩterpellatorẽ habere? Sinam⁹ er
go (ut tuis ṽbis utar) Chr̃m ſua quiete ꝑfrui, Deus pr̃ nos,
etiã Chr̃o non ĩterpellãte, audiet, quẽadmodũ olim Abra
hã, Iſaac, alioſq; ueteris teſtamẽti pr̃es Chriſto nondũ in-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

terpellatore exiſtente exaudiuit.

LONICE continuo ad prædicta.

¶Qui em̄ orēt cū ſuſcitati nō ſunt, atq; Chr̄s, ꝙ ſi maxime intercedant, inuocationis p̄ceptum uolo exhibeas.

THEOLO

Retorſio argumenti in authorem.

¶ Hoc itē dicis, quaſi cineres nōdū recollecti, ſint beatis animabus ad orandū neceſſarij. Nec aduertis hominū miſertime, orationē & gratiarū actionem nō corporis, ſed ſpirituales, hoc eſt animi eſſe ōpationes. Quocirca ſi ob ſolā corporis nondū ſuſcitati abſentiā animæ beatæ & intellectu & uoluntate orare nō poſſint, eadē nimirū rōne deo gratias agere non poſſunt, imo nec intellectu deū uidere, nec uoluntate eo frui. Inſtar ergo trunci iacent oīno mortuæ, & omni operatione deſtitutæ. Præterea dic nobis de anima Epulonis qd ſentis, An & ipſa ob abſentiā nondū ſuſcitati carporis p̄pediebaṫ, quo minus precareṫ, & diceret, Parer Abrahā miſerere mei. Et iterū. Rogo te pr̄ mitte Lazarū &c̄. Et hoc eſt quod poſtea q̄ hæc ſcripſerā, accepi, tibi a uenerando doctore obiectū eſſe in his uerbis. Ecce ſi mortuꝰ damnatus potuit orare Abraham pro aliis qui erant ſuper terrā, ut gratiā pœnitentię conſequerētur, mlto magis id facere poſſunt mortui ſaluati. Rurſum, Nonne etiā in Apocalypſi animæ defunctorū deum exorabant, pro effuſi ſanguinis ultione. Poſtremo ut te proprio telo iugulemus, nos legimus ſuperiuſq; oſtendimus, id quod neq; tu inficias ire potes, nonnullos in ſuis neceſſitatibus, ſanctoꝝ uiuorū recte imploraſſe ſubſidia. Et quomodo mutuo alter pro altero orare debet, præceptum habemus, præceptū ergo inuocandi uiuos uolo exhibeas, & cum illud afferre nequiueris, eo ꝙ ſola nobis diuinæ maieſtatis præcipiaṫ ſufficiatq; inuocatio, quid ergo inuocationis mortuorum præceptum requiris? Quis iam non uidet, quam aniliter hic homo deſipiat, & quantas nugas commemoret?

Lucæ.xvi.

Apoca.vi.

Retorſio argumenti in authorem.

LONICE. continuo ad præcedentia.

¶Nec mirū eſt eccleſiā errare papiſticā (q̄uis pijs non offecerit ille error) q̄ tot ſæculis (horrendū dictu) torſit miſeras conſcientias, coacta confeſſione, ſatisfactione, ſtatis,

ieiunijs, ceremonijs nō chriſtianis &c̄. blaſphemat̃ deꝰ hodie, & nomen eius in cultura & adoratione ſanctoꝝ ſuoꝝ. Tot ſunt hodie alieni dij, q̄t Romana ſynagoga ſanctos habet in ſuo Cathalogo.

THEOLO ¶ Minus obſcurū eſt tuū mēdaciū, q̄ q̄d refelli mereat̃, aut rñſione dignū ſit. Quis em̄ o iſanū caput (ut diui Hierony. uerbis utar) ſanctos tanq̄ deos adorauit? quis hoīes deos eſſe putauit? Sub hæc ex imploratione ſanctoꝝ, mō idolatriæ, mō blaſphemiæ eccl'iam Romanā ſuggillas, atq; ſuſpectā facis, quaſi ipſa ſit quædā ſpecialis eccl'ia, q̄ ſola ſanctos inuocet, q̄s uniuerſalis eccl'ia nō inuocet; queſo te q̄tus quiſq; chriſtianoꝝ hoīm, unq̄ docuerit ſanctos nō inuocandos extra Baſilidē, Eunomiū, & Vigilantiū antiq̄s hæreticos, oīm olim calculis uictos & dānatos; & p̄ter perditorū Lutheranoꝝ colluuiē? atq; quū pręter hos, ne unū quidē nominare poteris, & eccl'iam dei ex hęreticis, impiiſq; hoībus nō poſſe cōſtitui, reliquū fuerit, ex tribus duntaxat antiquis & ijs dānatis pariter & ex Lutheranis hæreticis cōfici eccl'iam. Porro a morte Vigilantij q alijs duobus ſuperſtes fuit, & in cuius erroribus cōfutandis, abijciendiſq; uehementer ſudauit, & ſummo nixu diuus obſtitit Hierony. uſq; ad Lutheranā peſtē, q̄ hac tēpeſtate dominicū gregē ubiq; terrarū inficit, ferme mille centū quinq̄ginta anni abierunt, quibus a minimo uſq; ad maximum chriſtianus ppl's admirando quodā deuotiōis affectu, ſanctorū uenerationi implorationiq; deditus fuit. Hæc quū ita ſint, cōſequens profecto eſt aut nullā inter hoīes, tot ſeculis eccl'iam Chr̄i fuiſſe ſup terrā, aut certe ſi quā fuiſſe cōtendere uoles, eā totā hæreſum errorūq; turbis ac blaſphemijs inuolutā ac infectā, neceſſum eſſe dicas. Cernis ne ſycophanta miſer, etiā ſanctā & catholicam, id eſt uniuerſalem te fœdare ac conſpurcare eccl'iam, quando in articulo inuocationis ſanctorū Romanam eccleſiam blaſphemiæ inſimulas.

Soli tres heretici quōdam dānarūt ſanctorum uenerationem.

Lutherani in maximum cadūt incōueniens.

¶ Lonic. poſt uaria blaſphemiaꝝ exēpla. Ca. XIIII.

LONICE

ET tu quoqȝ Balthaſar Satler Eſlingenſis &c̄. nonne adhuc diſtinguis cū tuo monacho iſto. Sācti nō ſunt (ne uirgo quidē deipara)inuocandi, ut nobis qd pręſtent adminiculi, ut nos iuuent cū nō poſſint, ſed orēt &c̄ Sed ꝙ adhuc ſanctos inuocandos eſſe clamas, ut pro nob̄ orent, uideris mihi exorbitare id q̊d &c. ex tuiſipſius uerbis clarū eſt, cū & orare ꝑ nobis etiā ſit auxiliū. Si em̄ ſancti orant, certe orōne ſua nos iuuant &c.

THEOLO

¶Pertædet hic meras & pudendas nugas refellere, quibus tñ antea, iterū atqȝ iterū ſatisfecimus, non em̄ noui qd affers, ſed cuculi more, eādē cantilenā recātas. Quare ſuggillatione tua ꝑtermiſſa ad alia redeamus.

LONICE in ſolutione quarti argumenti.

¶Non ſoli Iſaaco, ſed toti mundo aduſqȝ ſæculi conſummationē de⁹ bñ uult propter Abrahamū, quā ob cauſam: ut cōpleat iuramentū q̊d præſtitit Abrahæ, & q̊d obaudierit uoci ſuæ. Quęſo te q̄ eſt ſequela: propter Abrahamū deus bñfecit Iſaaco & ſemini eius, igit̄ inuocandus eſt Abrahamus, nēpe mortuus tū erat, adeo truncus es, ut nihil intelligas, & doctorē agis eccl'iæ dei, illū inuocari neceſſum eſt, q nos iuuare pt, & q datus eſt nobis quondam promiſſus auxiliator. Non em̄ Abrahamus promiſſus & datus eſt nobis adiutor, ſed quid dicit ſcriptura: In ſemine tuo benedicent̄ &c̄. quēadmodū Paulus, In ſemine tuo inquit q eſt Chrūs &c. Chrūs dei filius eſt, propter quē de⁹ Abrahæ iuramentū præſtitit, hac rōne ſeminis, filij Abrahę ſumus, In hoc ſemine omnes benedicimur, hoc ſemen datū eſt nobis in certiſſimū auxiliū, dein in mediū redemptionē &c. non Abrahā. Ergo illud ſemen inuocari mō, non Abrahā prorſus debet &c. Quis em̄ unq̄ dialecticorū ita intulit, Deus Iſaaco propter Abrahā benefecit, ergo Abrahā eſt inuocandus, imo Abrahami ſemini bñ uoluit propter iuramentū ſuū, nō propter ipſum tātū, Abraham nihil eſſet, niſi deus optimus, maxim⁹ illū reſpexiſſet, non tā ipſum, q̄ iuramentū ſuū, Non eſt dubiū qn & hodie propter ſanctos ſuos prophetas, ap'ſos, martyres, deus

bñ uult chriſtianis oībus, nõ propter eos tm̃, ſed ꝙ credi-
derũt uerbo eius, uixerunt in Chr̃i mandato, imo ꝙ filiũ
& ueritatẽ cõfeſſi ſunt, quanq̃ plus deus uerbũ ſuũ reſpi-
cit & promiſſionẽ, q̃ ullã creaturã, certũ eſt ꝙ ſuos diligat
&c̃. itaqꝫ & propter ſc̃tõs ſuos q eũ in hac uita cõfeſſi ſunt
nõ parꝫ bñficẽtię exhibet mortalibꝰ donec cõpleať nume
rus eorꝫ, ſꝫ nõdũ ſeqť, deꝰ bñfecit eccl̃ię primũ ꝓpť Chr̃m
deinde propter mẽbra Chr̃i, ergo mẽbra ſunt inuocanda.

THEOLO ¶Qũo ſolus Chr̃s, qũo etiã & Abrahamus ſit inuocã-
dus, ſatis paulo ſupius expreſſimꝰ. Deinde licet Abraha-
mus nihil eẽt (q̃d & nos dicimꝰ) niſi deꝰ gratuito eũ intui-
tu reſpexiſſet, grãmqꝫ iuſtificantem cõtuliſſet, nẽpe q ali-
as & ꝑditionis filiꝰ, & ꝑdẽdorꝫ filiorꝫ pr̃ mãſiſſet. Ad hęc
licet etiã ipſe nõ ex opibus, ſed ꝑ ſolã fidẽ charitate forma-
tã ſit iuſtificatus, tñ ꝑ fidẽ iã iuſtificatus, deo auxiliante, bo
na opa fecit, quorꝫ certe contemplatione, deus poſteris eiꝰ
benefecit, quã ob cauſam & dñs Iſaaco dixit. Ego tecum

Gene. xxvi. ſum, benedicã tibi, multiplicabo ſemen tuũ propter ſeruũ
meũ Abrahã. Fecit etiã deus eius poſteritati bene, ut ſpõ-
ſionẽ ſuam adimpleret, & uerbis facta reſponderent quan

Ibidem. do dixit. Tibi & ſemini tuo dabo uniuerſas tegiones has,

Deꝰ propter bona opa Abrahæ iurauit Gene. xxij.

cõplens iuramentũ q̃d ſpopondi Abrahã &c̃. & benedi-
ceně in ſemine tuo oẽs gentes, eo ꝙ obedierit Abrahã uo
ci meę. Hæc nõ ſatis eſt recẽſuiſſe, ſed oĩno etiã optet non
ſomnolẽter (q̃d tibi curę nõ eſt) cõſiderare deũ iuramentũ
promiſſiõis Abrahę, ob eiꝰ bona merita ſpopõdiſſe. Scri-
ptũ eſt em̃, Per memetipm̃ iuraui dicit dñs, qa feciſti rem
hãc & nõ pepciſti unigenito filio tuo bñdicã tibi &c̃. &
bñdiceně in ſemine tuo oẽs gentes terræ, qa obediſti uoci
meę. Hęc tui Lutherani diligenter aduertant, qui oĩa ſoli
deo aſſcribentes, nihil bonis opibus tribuunt.

LONICE. in ſolutione ſexti argumenti. ¶De mãmona iniqtatis &c̃. Quis ergo ſenſus eſt? opa
nr̃a ſunt fidei fructus. Fides aũt in cã eſt ſola, ꝙ dñs nos ag
noſcat, Chr̃s ille ſolꝰ eſt dñs oĩm, q nos recipit. Sed qa q̃d
minimo chr̃iano impartiť, & Chr̃o fit, ſuo ipſius teſtimo-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nio nihil aliud uult, q̃ ꝙ in ęterna rabernacula nos recipi⸗
at ipe q fidē inſpicit, q̃ charitatē opata eſt, q ſunt ueri & ui
ui ſcti, q̊s Chr̃s ſibi uendicat ac ea q̃ ipis cōtingūt nō ſecus
acceptat atq; ſibi fierent, ideoq; recipiunt iſti amici, id eſt,
ſunt in cā ꝙ Chrūs deficientes recipiat.

¶Calumniā quā hactenus latentē ſp aīo ſpirabas, nunc THEOLO.
oībus palā cernendā profers, atq; in lucē prodis. Nunc de
mū uirus illud euomis, q̊d huc uſq; non ſatis cognitū fuit.
Etenī inſcitiā tuā hactenus in cauſa eſſe credideram ꝙ do
ctorē illū eximiū contradictionis incuſaris, ubi nulla con⸗
tradictio, nihil repugnans erat, ſed mera, ſicut ſupra oñdi
mus (ut dialecticoꝝ uerbo utar) æquiuocatio, quā cōtradi
ctio ſecū minime patit. Nūc uero luce clarius cōſpicio ag
nitā ueritatē p̄ malitia (ut eſt fere hęreticoꝝ ingeniū) te op
pugnaſſe. Quēadmodū nāq; hic dicis Chriſtū ſolū eſſe do Aperit Lu⸗
minū oim̄, q nos in æterna recipit tabernacula, ita & do⸗ therani mali⸗
ctor ille nō uulgaris eruditiōis hō aſſeruit Chr̄m eē ſolum gna calūnia.
oīm dn̄m, q in nobis grām opat ſanitatū. Silr ut dicis pau⸗
peres Chr̄i nos in ęterna tabernacula recipe, id eſt eos eſſe
in cā, ꝙ Chr̄s recipiat, ita & doctor ille uoluit ſctōs ī cā eē
ꝙ Chr̄s nobis ſanitatū uirtutē operet. Ad hęc, ſicut Chr̄i
pauperes, nihil opationis adhibēt, q̊ in ęterna recipiamur
tabernacula p̄ter orationē, ita profecto & ille uoluit ſctōs
imploratos, nihil adhibere opationis, q̊ ſanitatis aut ſancti
ficationis grām cōſequamur, extra ſolā orationē, Deniq;
ſicut eleemoſyna cōcluſa in ſinu paupis etiā nō ſupplicātis
orat & impetrat apud deū, quēadmodū ſcribit. Conclude
eleemoſynā in ſinu pauperis & ipſa orabit pro te, id ē deū Ecle. xxix.
prouocabit ad tui remunerationē, ita dicim⁹ & ſctōꝝ me⸗
rita etiā nō ſupplicantiū, eo mō q̊ declarauim⁹, cū orare tū
ipetrare nob̄ bona apd̄ deū, q̊d & tu mō de opib⁹ Abrahę
affirmaſti, O igit egregiū ſophiſtā, nōne captioſe tuę q̄ſti
ones cōcluſiōeſq; in p̄ntia tibi obſūt? Nōne te calūnię mē
daciq; arguunt? qui ad hoc doloſe inuigilaſti, ut uirum
egregiū in quo cū literis probitas morū ac uitę ſctimonia Paſtor Eſling.

exæquo certat, & ſine cõtrouerſia te meliorẽ, de cõtradi-
ctione utpote a ſeipſo diſſidentẽ notares.

Lonicerus in ſolutione ſeptimi
argumenti. Cap. XV.

LONICE. ESto ꝙ ſancti cõtemplent diuinũ uultũ, ſic reſpondeo Angeli nõ ſunt inuocãdi, ergo nec ſancti, qñquidẽ inuocatio ſolũ deũ concernit, ex q̃ om̃is ſalus nr̃a de pẽdet & iuuamen, ſpirituũq; adminiſtratoriorũ erga nos cura. Poſtremo ſi uelis ſanctos iuxtaq; angelos inuocãdos oſtende ſcripturã, ſcripturã a te poſco &c. quã dũ produ-
cere nõ potes, claret quæ ſit tua inſania.

THEOLO. ¶ Non mõ donamus, uerũetiã docemus, ſolũ deũ, tan-
q̃ oĩs nr̃æ ſalutis tũ aiæ, tũ corpis authorẽ. Porro quũ fide
les diſcipuli Petrũ apl'm inuocarent, quatenus a Chr̃o ob-
Act.ix. tineret ſuſcitationẽ Tabitę uiduæ defunctæ, nõne illa ipa
inuocatione diuinã recognoſcebant uirtutẽ? Nihil itaque
mirũ ſi circa ſanctoꝝ angelorũ inuocationẽ, ſimile qddam
cõtingat. Etenim angeli hoĩbus opitulant, dicente pro-
Danie.x. pheta. Non eſt q adiuuet me, niſi Michael princeps ue-
Ibidem. ſter. Præterea apud eundẽ prophetã princeps (id eſt ange
lus) Perſaꝝ reſtitit angelo Gabrieli, ſpatio uiginti dierum
Atq; ob hanc cauſam angeli, etſi propria locutiõe ſint dei
miniſtri, in ſcripturis tñ dicunt nr̃i, & nobis cõtra aduer-
ſas tenebrarũ ptãtes in cuſtodes a deo dati. Nã iuxta ſalua
toris uocẽ, Angeli eorũ in cœlis ſp uident faciẽ pr̃is mei,
Matth. xviij. qui in cęlis eſt, ubi gloſſã, magna dignitas animaꝝ, ut una
quæq; habeat ab ortu natiuitatis in cuſtodiã ſui, angelum
Actuum.xij. delegatũ. Vñ & in aploꝝ actis dicebant, Angelus eius ẽ,
uidelicet Petri apl'i. Cur ergo angelos tãq̃ dei miniſtros,
nr̃os uero infra deũ patronos inuocare nefas fuerit, ut no-
bis apud deũ bona obtineant, qbus diuino iuſſu nr̃i cuſto-
dia demandata eſt, ut ſic deus in ipſis, ut in ſuis miniſtris
honoret? Tu uero Germaniæ peſtis & bonoꝝ hoĩm cor-
ruptela, apto Marte in dei ſanctos debacchans atq; ſæuiẽs
ſcripturas requiris, q huic rei ſuffragent, q̃ doceant ſctõs

inuocandos, q̄bus liquido huius rei innoteſcat ueritas, bene eſt & tuo more facis, at nos contra abs te ſcripturas poſtulamus, q̄bus ſanctorꝫ inuocationē hoībus interdictā eē tueri poſſis, quas cū afferre, niſi adeo ꝑ te adulteratas penitus ac corruptas nequeas, illud ſaluatoris clypei loco aſſumendū ſtatui. Qui nō eſt contra uos pro uobis eſt, imprimis quū ueritas nr̄a tot ſcripturis ſit cōſentanea, ſignis q̊q; q̄ plurimis atq; prodigijs ꝑ ſpm̄ ſanctū cōprobata. Et quidē miranda eſt Lutheranorꝫ temeritas, q in eo reprobant eccl̄iam, ſanctoſq; doctores, q̊d ſacra nō ĩprobat ſcriptura

LONICE.

¶ Ais, ſi caput Chr̄s intercedat & mēbra, in tertio argumento diuulſum eſt, Primū caput nr̄m excitatū, & ſic intercedit, mēbra ſi excitata, adhuc Chr̄i inuocationē & interceſſionē ſcriptura tota nobis cōmendat, ſanctorū nullo quod equidem ſciam loco.

THEOLO

¶ Fuga quā ſuꝑ Chr̄i reſurrectionē ſtruere conaris, q̄ ſit a fide aliena, & q̄ ſapiat hæreſim, dein q̄ ſit ridicula ex ijs ſatis liquet q̄ antea diximus, p̄cipue quū om̄e id q̊d merito & pie credi debeat, in ſacris lr̄is manifeſte expreſſum uis habere, quaſi nō ex his q̄ legimus, aliqua etiā q̄ nō legimus, intelligamus. Quocirca tuæ partes fuerint, oſtēdere ubi in ſacris lr̄is nomē habeat, Homouſion, q̊ pr̄ & filius cōſubſtantiales deſcribunt, Vbi pr̄em ingenitū, ubi Chriſtū in corꝑe, aīa, & deitate, ſub utraq; ſpecie ſacramēti cōtineri, ubi diē dn̄icā, prima hebdomadarꝫ die, & nō ultima (ut in ueteri lege) celebrandā legeris, Et ut ſemel dicā oñde tu q̄ſo, q̊ in loco ſacræ ſcripturæ proditū ſit, euangeliū illud eē Matth. apl̄i, q̊d cōi oīm ſn̄ia eius eſſe ꝑhibet. Itidē de cæteris euangeliſtis requiro, Et quū iſtud ex canonica ſcriptura nō habeat, ſed ex ſola eccl̄iæ traditiōe firmit̄ credit. Neq; p̄terea aliq̄d p̄miſſorꝫ in ſacris lr̄is exp̄ſſum oſtēdere poſſis. Reſipiſce obſecro, & anatematiza totiꝰ Lutheranæ cæcitatis p̄cipuū fundamētū, atq; tibi ꝑſuade eccl̄iæ atteſtationē, approbationēq; ualidā eſſe, etiā in his q̄ in ſacris lr̄is nō exprimunt. Alioqui ꝑleue fuerit, eodē tuo ar-

gumento quempiã probare euangelia nõ eſſe deſcripta in ſtinctu ſpũs ſancti, neq; eo ipſo authore, ſed ab his qui homines erant, & præterea nihil. Nullius itaq; prætij, nulliuſq; authoritatis ea eſſent q̃ in illis cõſcripta cõtinent.

LONICE ¶ Hic quoq; quũ non haberes q̊ te uerteres, recurris ad Apocalypſim quæ ad pugnã ualere nequit. Tu argumentaris, ſancti ſunt fratres nr̃i, ergo ſunt inuocandi &c̃. nunq̃ nõ infers, q̊d ex textu quẽ adducis colligi nulla rõne põt adeo ne mica quidẽ ſalis in te trunco dilitеſcit.

THEOLO ¶ Audi qd uenerandus doctor Iacobo ſcripſerit postri die q̃ Hoochſtrat⁹ calamũ huic articulo admouiſſet. Nõ inqt ſicut futilis ille Lonicerus calũniat, intuli. Sancti ſũt fratres nr̃i, ergo ſunt inuocandi, ſed ſic inter cõcionãdum argumẽtabar. Sancti in cœlis apud pr̃em uiuẽtes, probantur in Apocalypſi fr̃es nr̃i, ergo nos ut fr̃es ſuos diligunt. Si nos diligũt, ergo actus dilectiõis exhibẽt, q̊ꝝ, interpellare pro fratrib⁹, nõ eſt utiq; poſtrem⁹ &c̃. Hinc ſatis perſpicuũ eſt apoſtatã illũ, infidelr̃ meũ recitaſſe argumẽtum ſed optuit ſolutioni ſuę uiã parare. Vides ne mõ nugator euãgelice malignitatis tuæ p̃ſtigias iã interceptas, quũ ille nõ ſctõs inuocãdos, ſed eos pro nobis orare nõ pœnitẽdo cõcluſerit argumẽto. At hęc nõ paꝝ roboris p̃fati doctoris cõcluſioni affert id q̊d in eodẽ libro ſcribit Ioãnes. Data ſunt ingens angelo incẽſa mlta, ut daret de or̃onib⁹ ſanctoꝝ oim, ſup aureũ altare, q̊d ẽ añ thronũ dei. Si oim ſanctoꝝ obtulit or̃ones (neq; inducere aim poſſum, ut credã eũ excluſiſſe ſctõs in Chr̃o dormiẽtes) Obtulit ergo angelus & hoꝝ or̃ones. Hi aũt (cũ oib⁹ bonis pleni ſint nulliuſq; indigeãt) pro ſe nõ orant, orãt itaq; pro nob̃ cõfratrib⁹ ſuis. Et ne hoc nimiũ abſurdũ tibi uideat, tali cõfirmamus

Corin. xij. argumẽto. Apud Paulũ legim⁹. Pro inuicẽ ſollicita ſunt mẽbra & ſi qd patit unũ mẽbrũ, cõpatiunt oia mẽbra, ſiue gloriat unũ mẽbrũ, cõgaudẽt oia. Vos ãt eſtis corp⁹ Chr̃i ſcilicet myſticũ. Hoc ãt corp⁹ cõſtituit ex mẽbris int⁹ inter ſe charitate ordinatis. Ordo ãt ille cõſurgit ex ea mem

brorum unione, q̃ eſt ad caput ipſi⁹ corpis, q̃d ē Chrs. Porro Apoca.vi.
ſcti cœlũ incolẽtes Chro capiti maxīe ſunt uniti. Sũt etiã
iuxta ſcripturã, iuxta corp⁹ Chri, pcipuo cõfrẽs nri. Frater
num aũt charitatis ē ſe mutuo onerib⁹ leuare q̃tũ ipa iuſtitia
pmittit. Quo circa reliquũ eē uidet eos pro nra ſalute apd
deũ ſuis oronib⁹ laborare, q̃d ſatis ex Apocalypſi nos oñ-
diſſe reor apud quẽuis, mõ rõnis exps nõ ſit. Poſtremo quod
hac de cã dicis Aapocalypſim Ioãnis nihil ad pugnã uale Pſalm̃.lxxx.
re, nihil mirũ facis. Nã ita eſt fere hereticorum ingeniũ, ut iu
xta pphete uocẽ ab onerib⁹ dorſũ diuertãt. Nã piñ argu-
mẽtaris ac ſi diceres, Aduerſarij gladi⁹ eo nõ ualet ad pug
nã, quod ictũ ei⁹ neq; ferre, neq; declinare ualeã. Ceterum Hie- Lib.i.ca.xiij
ronym⁹ cuius doctrinã nemo nõ mirat, in prologo Apo
calypſis, eã aſſcribit Iohãni aplo & euangeliſtæ. Et cõrta
Iouinianũ ad probandũ eũdẽ euãgeliſtã etiã fuiſſe pphe-
tã, ſic de eo ſcribit. Vidit eñ in Pathmos inſula &c̃. rele-
gatus, Apocalypſim infinita futurorum myſteria cõtinentẽ
Preterea diuus Aug. li.i. de ſctã uirg. cap. xxvij. & lib. de
pctõrum meritis & remiſſiõe, ca. vij. Itẽ cõtra eplam Gaudẽ
tij, li. ij. ca. xix. nõ ſolum aſſerit Apocalypſim eẽ Iohãnis
apli, uerũetiã ex eo libro cõfutat hæreticos. Poſtremo di-
uinus ille Dionyſius eidem aplo cõtemporaneus in ſua ec
cleſiaſtica Hierarcha, de pontifice miſſam celebrante tra- Cap.iij.
ctans, ſiue arcanã illã inquit ac myſticã oĩno uiſionẽ dile-
cti diſcipuli &c̃. exponit, ſup q̃ Stapulẽſis. Apte inquit te-
ſtat btũs pr, ſctãm Apocalypſim eẽ Ioãnis euãgeliſte, nec
res in primitiua ecclia erat cõtrouerſa. Quid ergo adeo in
ſanis euãgelice nugator ut dicere nõ uerearis Apocalyp-
ſim Iohannis euangeliſtæ ad pugnã nõ ualere, qñ ex eo li
bro omnes ferme eccleſiæ doctores diſputauere, an nihil
apud leuẽ grammatiſtã ualabit eccleſiæ authoritas, q̃ in ſa
cratiſſimo miſſæ officio huic libro Iohannis apoſtoli ti-
tulum dat. Cæterum quam indeuiabilis ſit militans ſit ecclia
a chriſtiana ueritate, nuper in quodam opuſculo, auxilian
te deo optimo, maximo, clare oſtendimus.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ACTOR. Cap. XVI.

QVia autem auxiliante deo, cuncta quæ reſponſione digna, noſter Lonicerus aduexit, euacuauimꝰ. Nunc reliquum eſt ut inquiramus, an cœligenæ cognoſcant orationes noſtras ad ſe fuſas, deinde an ſancti pro nobis precantes præſciant, quid circa rem petitam diuina maieſtas facere diſpoſuerit. Poſtremo an ſemper eorũ oratõnes exaudiantur. Ad hæc ergo ſuo ordine reſpõdemus, Tametſi ſanctis in cœlis naturali cognitõne orationes ſeu inuocatiões noſtræ nõ innoteſcant, tamẽ icredibile nõ eſt, animas ſanctorũ (ut magiſter dicit) quę in abſcondito faciei dei, ueri luminis illuſtratõne lætantur, in illius contemplatione, ea quæ foris agunt intelligere, quantum illis ad gaudium, uel nobis ad auxiliũ pertinet. Sicut enim angelis, ita & ſanctis qui domino aſſiſtũt, petitiones noſtræ innoteſcunt in uerbo dei, quod contemplantur. Nec mirum, beatus nanqꝫ eſt, qui habet quicquid uult, & nihil inordinate uult. Ad rectitudinem autem uoluntatis (q̃ utiqꝫ ſanctis non deeſt) pertinet, ut ea cognoſcant quæ ad ſe pertinent, Porro ad gloriam eorum utiqꝫ pertinet ſi inuocentur, præſtentqꝫ petentibus auxilium ad ſalutem, Hoc eñi pacto cooperatores dei ſunt in his quæ ad æternam ducunt ſalutem. Quod ſane non in modicam eorum cedit gloriam. Nam ut diuinꝰ ille inquit Dionyſius. Pręſtantius igit & diuinius eſt (ut ſacra teſtantur eloquia) dei eſſe cooperatorem. Innoteſcunt igitur cœlitibus oratiões ad eos fuſæ, quod tamen non de quibuſlibet futilibus, ſed de pijs orationibus intelligendum arbitror. Quũ hæc igitur ita ſe habeant, etiam ad id quod ſecũdo propoſitum eſt magiſter reſpondens, cur non credamus (inquit) animas ſanctorum, dei faciem contemplantium, in eius ueritate intelligere preces hominum, & quæ implendæ ſint uel nõ. Quo ſane uerbo (ſi attente cõſideremus) cauſam tacite ſubſignat, Cur in ueteri teſtamento ſancti ut pro uiuentibus

Diſt. xlv. q̃rti

S. Tho. diſtin. quarti.

Cœleſtis Hierarchiæ. ca. iij

Diſtinctione. xlv. quarti.

intercederent non inuocabantur; neq; enim eis innoteſce
bant preces inuocantium, in tenebris quippe ſedebant, di-
uinam maieſtatem nondum cõtemplantes, iuxta id quod Eſaiæ lxiij.
ſcriptum eſt, Abraham neſciuit nos, Iſrael ignorauit nos,
At uero quum ſcriptum ſit, Nunc ergo audi orõnes mor Baruch. iij.
tuorum Iſrael, & filiorum ſuorum, quanquam eis ob cau-
ſam iam dictam non innoteſcerent preces ſuorum, ueriſi-
mile tamen eſt, patres in lymbo ſedentes pro filiorum ſa-
lute oraſſe, niſi forte quiſpiam ſcripturam hanc contorque
re contenderit, ad orationes, quas ipſi adhuc uiuentes pro
ſalute filiorum, ſucceſſorumq; fuderant, Vt ergo reuerta-
mur ad id unde digreſſi ſumus, opinio ac ſententia magi-
ſtri eſt, beatos ante intelligere dum orant, an orationes eo
rum implendæ ſint. Et reuera id neceſſarium eſt, quando
uoluntate completa (quam conſequentem dicimus) aliqd
petituri ſunt. Adeo enim (inquit magiſter) ſupernę uolũ-
tati addicti ſunt, ut nihil præter eius uoluntatẽ uelle que-
ant. Neq; tamen ob hoc fruſtra orare cenſendi ſunt, ſicut
hæretici autumant, Nam quemadmodum deus prædiſ-
poſuit inuocantem ſaluari, ita & eius ſalutem, certis medi-
is prouẽturam decreuit, ſine quibus reuera is qui inuocat
ſalutẽ non aſſeqtur. Quare ſancti uidentes deũ ad ſuas p̃
ces, ſalutem uelle conferre inuocãtibus, ne amicis deſint,
omni poſthabita mora, feruentiſſime orationi inſiſtunt.
Quemadmodum etiam in aulis principum feri ſolet, nam
ſi ibi quiſpiam, cui uel neceſſitudo uel familiaritas cum re
ge intercedit pro ſalute amici aut beneuolentis orauerit,
qui tamen ante ſciat q̃ orauerit, ſe exauditum iri eius in-
terpellatio ſuperuacanea non erit, imo eo celerius feruen
tiuſq; inſtabit, quo magis cupiat indigenti aut amico pro-
deſſe. Si uero ſancto reuelatum fuerit, inuocantem nõ eſſe
exaudiendum, non interpellabit, quia a uoluntate diuina,
neq; uult, neq; poteſt diſcordare. Porro ſi quiſpiam curio-
ſius inquirere uelit, ut ſancto cui inuocatio ad ſe facta, iam
deo reuelante innotuit, prędictorum (id quod impoſſibile

non eſt)neutrum reueletur hoc caſu, Sanctus quidem (ſi Scoto credamus)orat, expectans ut orationem ſuã ſequatur determinata reuelatio exauditionis, uel ſaltem effect⁹ exauditionis, quantum ad ipſum petentem. Et quidem in hac parte(quantũ cõijcere licet)non orant ſancti ſecundũ uoluntatem completam, id eſt conſequentem, ſed quaſi diuinam conſulentes uoluntatem, orant ſecuudum uoluntatem antecedentem, ſecundum quam etiam deus uult omnes homines ſaluos fieri. Porro talis uoluntas non ſemper adimpletur, etiam ſi diuina ſit. Proinde tales nimirum ſanctorum orationes non ſemper exaudiuntur. Vnde etiam hoc modo(ut magiſter ſentit)etiam & angeli dicũtur uota noſtra & orationes offerre deo, non quod ipſum doceant, ſed quod uoluntatem eius ſuper his conſulant. Ex his quæ iam dicta ſunt facile colliget prudens lector quid reſpõendũ ſit ad id, qđ ultimo de ſanctorum exauditione proponebatur. Vnde laus & gloria Chriſto Ieſu & benedictiſſimæ matri eius, qui uiuit & regnat deus in ſecula benedictus, Amen.

Vbi ſupra.

ERRATA.

B. primo. facie ſecunda, linea nona, lege, liberalitatem. Folio ij. facie. ij. linea. vi lege, hæc oĩa. Itẽ linea. xiiii. lege, idem apſus. Folio quarto, facie ſecũda, linea quarta, lege, qui ſi.

C. folio primo, fa. pri. linea. xi. a fine. lege, ſumus militantes. Facie. ij. li. viij. a fine, lege, eiſdem cõminatur. Folio. ij. fa. ij. li. ij. lege, mundi mortis. Fo. iij. fa. i. lin. i. lege, poſſit immutari. Fo. iiij. fa. ij. linea ultima, lege, quod in idolio.

D. fo. i. fa. i. lin. xij. lege, habes apud te ipſum. Item linea, xiiii, lege, q̃ ædificationis ſunt. Linea. xvii lege, ab his qui ueram.

E. fo. ij. fa. ij. linea. vij. a fine lege, uirgo minus digna. Fo. iiij. fa. prima. lina. vij a fine, lege, Lutheranorum omnium.

G. fo pri. fa. pri. linea xiij. lege. circũciſionis, Fa. ij. linca, iiij a fine, lege, ex ſctõꝵ numero. Fo. ij. fa. ij. linea. ix. lege, cooperatione actiuam. Fo, iiij. fa. ij. linca. xvi, lege, collectas uocant.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

J Roffen
Epist

Th
1505